



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

De Participante in damno alterius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

præcessit culpa , vel mora , vel pactum.cap.
17.num.179.

Sufficit condonatio damni facta ab eo
ad quem principaliter damnum pertinet.
cap.18.num.46.

D E P A R T I C I P A N T E
in damno alterius.

QVI cum multis adunatis pergit ad fu-
randum, non tenetur restituere, nisi il-
quod ad eum peruenit, & id, cuius talis cau-
sa fuit, ut sine ipso non fuisset illatum. cap.
17.num.130.

Si multi alij aliorum ignari ingrediantur
vineam, ut unusquisque suum racemum ac-
cipiat, nullus peccat mortaliter, quamvis
deuaestetur vinea. ibid.

FQui procurat, quod iudex cuique tollat
suum, vel ne alicui restituat debitum, non
ad id debtor cogatur, tenetur restituere
num. 131.

Qui ratum habet damnum suo nomine
illatum alteri, restituere tenetur, quando
qui nocuit non nocuisset, nisi existimaret
eum, cuius nomine nocuit, ratum habitu-
rum. cap.17. num.133.

Testis, qui à iudice legitime interroga-
Gtis, an sciret tale furtum, sciens taceret, ob
quod



quod damnificatus non recuperat suum,
tenetur restituere , nisi taceat propter me-
tum periculi sui status, personæ , aut bono-
rum.num.133.Nouo num.134.

De custode qui damnum notabile non
impediuit vide Custos. lit. B.

Curator, procurator alienorum negotio-
rum, administrator alienorum bonorum, &
filius res patris sui tractans , qui nomine sui
principalis, & c. ut c. in vtilitatē alteri dānū
infert, tenetur ad restitutionem in solidū, si
principales non restituant , & ex eorum bo-
nis restituere potest, si adhuc retinet admi-
nistrationem. Si verò non retinet, & ipse fit i
inops,debet dicere principalibus(si id igno-
rant) vt satisfiant. Quod si noluerint,te-
netur restituere si potest,occulte tamen po-
terit accipere de bonis eorum , vt restituat
seruatis conditionibus seruandis à recupe-
rantibus occulte sua debita. num. 137. 138.

Impediens euntem ad impediendum da-
num, quod tertius inferre volebat quar-
to,tenetur restituere. num. 140.

D E B I T U M & debitor ex contractu
vide Restitutio. VII. & vtrūm tertius pos-
sit clam accipere debitum à debitore no-
lēte restituere, & reddere creditori:vide tit.
recompensatio.creditor nō petens debitum
cenſetur concedere dilationem. c. 17. n. 72.

D E B I

D E B I T O R speciei, nempe huius e qui,
aut vestium, regulariter excusatur illius
speciei peremptione, si absque dolo, fraude,
& culpa, & ante moram periit. & etiam
post moram saltem in foro conscientia, si
sciretur, quod perinde peritura erat apud
creditorem: secus si constaret vel dubita-
retur, quod ante quam res periisset, Domini-
nus vendidisset, vel ea fuisset usus. cap.^{17.}
num. 80. tit.

D E B I T U M Coniugale. vide Matr. 13,

DECIMÆ.

A D E C I M A quoad quotam est iuris hu-
mani: quoad substantiationem mini-
strorum est iuris diuini. cap. 21. num. 18.
Vnde quoad illam potest tolli consuetudi-
ne, non tamen quoad hanc. Imò aliquando
soluendum est plusquam decima pars, si ne-
cessarium sit ad substantiationem ministro-
rum. num. 30.

B Decima triplex est, prædialis, personalis,
& mixta. num. 29,
Decimæ personales, ubi est legitima con-
suetudo non soluendi, non debentur, qualis
est fere in tota Ecclesia, exceptis famu-
lorum salariis in aliquibus regionibus
Hispaniæ. num. 31.

Decima